Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Magister: scimus quia uerax es & uiam dei in ueritate doces.
& non est tibi curae de aliquo. Non enim respices personam
hominum. Dic ergo nobis quid tibi uideatur licet censum
dare caesari an non. & caetera usque ad illud ubi ait.
Audientes turbae mirabantur in doctrina eius, haec
duodecim responsa. unum de nummo propter tributum
reddendum caesari. Alterum de resurrectione propter
illam mulierem quae septem sibi maritis succedentibus fratribus
nupserat. Marcus & lucas similiter narrant.
Nec in ordine aliquid discrepant. Post parabolam quippe
illam deconductoribus uineae. & de iudeis in quos dicta est in
sidias praeparantibus. quae omnes tres commemorauerunt.
praeter mittunt hinc illo marcus & lucas. parabolam
de nuptiis ad nuptias. quam solus matheus interpo
suit. & cum illo iam sequuntur narrantes.
Haec duo de tributo caesaris & de muliere septem singulorum
uirorum eordem prorsus ordine sine aliqua repug
nantiae quaestione.

Sequitur ergo matheus & dicit. Pharisaei autem
audientes quod silerunt imposuisse sadducaeis con
ueneruntque in unum. & interrogauit eum unus ex eis
legis doctor temptans eum. Magister quod est mandatum
in lege. at illi ihs. Diliges dnm dm tuum in toto cor
de tuo. & in tota anima tua. & in tota mente tua.
hoc est maximum & primum mandatum. Secundum
autem simile est huic diliges proximum tuum sicut te
ipsum. in his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetae.
hoc & marcus commemorat eundem ordinem seruans.
Nec moueat quod matheus dicit temptantem fuisse illum
a quodam interrogatus esse. Lucas autem hoc tacet
& in fine ita concludit. quod eidem sapienter respon
denti dixerit. Non longe es a regno dei. sicut enim